





1177  
1177  
1796, 6.

DE  
I V D I C I A L I  
N O M I N I S D E P O S I T I O N E  
E A Q V E V O L V N T A R I A

A D  
L. XIX. C. DE VSVR. ET EDICTI. EL. SAX. MONETALIS D. XXXI. IVL  
A. MDCXXIII. PROMVLGATI §. XXII

C O M M E N T A T I O

Q V A M  
ILLVSTRIS ICTORVM COLLEGII AVCTORITATE  
P R O L I C E N T I A  
A D S Y M M O S I N I V R I S P R V D E N T I A H O N O R E S A D S P I R A N D I  
D. XVII. NOV. A. MDCCXCVI

H. L. Q. CC

D E F E N D E T

A V C T O R

IOANN. AVGVST. GERSTAECKER

PEGAVIENSIS

CAVSS. PATRONVS A PRINCIPE CONFIRMATVS ET IVR. VTR. BACCALAVREVS

L I P S I A E  
E X O F F I C I N A R I C H T E R I A

W D I C I A L I  
N O M I N I S D E P O S I T I O N E

E A G E V O V N T A R I A

I N A D E V E R E F F O R T I N S I T N O T A M D X X V I I I  
A M I C X I I I P R O M O D I A 2 2

C O M M E N T A R I O

ILLUSTRISSIMO HONORABILI CONSULE AVOCATO

REGIENSI

FRANCISCO WILHELMO WILHELMO DRESNERI

ET ALII NOMINE MORTUORUM

M. J. G. G.

D. E. G. G.

IN RE AUCTORITATIS AUCTORITATIS

ET ALII NOMINE MORTUORUM

FRANCISCO WILHELMO WILHELMO DRESNERI

ET ALII NOMINE MORTUORUM



VIRIS

MAGNIFICIS, ILLVSTRIBVS

EXCELLENTISSIMIS, CONSVLTISSIMIS, AMPLISSIMIS  
DOCTISSIMIS

CIVITATIS LIPSIENSIS

CONSVLIBVS  
PROCONSVLIBVS  
AEDILIBVS  
PRAETORIBVS

CETERISQVE

SENATORIBVS GRAVISSIMIS  
PATRONIS

PLVRIMVM COLENDIS

HOC  
REVERENTIAE AC PIETATIS  
MONUMENTVM  
DICAT

TANTIS NOMINIBVS

CONSULIBVS

PROCONSULIBVS

AEDILIBVS

PRAETORIBVS

OPTURIBVS

SENATORIBVS GRAVISSIMIS

PATRIBVS

ADDICTISSIMVS

IOANNES AVGVSTVS GERSTAECKER



D E

IUDICIALI NOMINIS DEPOSITIONE EAQVE  
VOLVNTARIA.

**A**d juris quaestiones eas, quae adcuratori egent Exordium. indagazione, pertinet etiam locus de judiciali nominis depositione eaque voluntaria. Minime quidem defuerunt, qui in eo explicando operae aliquid ponerent, cum neminem fugiant SCHULTZII, <sup>a)</sup> STRUVII, <sup>b)</sup> LAUTERBACHII, <sup>c)</sup> TIDEMANNI, <sup>d)</sup> aliorumque studia. Enimvero in eorum scriptis aut ordo desideratur aut absolutio. Proinde diligentiori tractatione materiae hujus opus est. In qua lubet jus Roma-

- a) GEORG SCHULTZEN, tractatus de oblatione, obfignatione ac depositione pecuniae seu rei debitae. Viteb. 1632, 12, et Brem. 1775. 8.
- b) GEORG ADAM STRUVEN, diff. de solenni oblatione debiti. Ien. 1651.
- c) ADAM LAUTERBACH, diff. de deposito juris. Tub. 1660.
- d) FRANCISC. TIDEMANN, diff. de depositione debiti judiciali ejusque effectibus. Gott. 1776.

A

Romanum pariter ac Saxonicum tradere. Sequar autem tanquam normam *l. 19. C. de usuris et legem. El. Sax. monetalem*, cum haec vnica sit in iure patrio, illa se commendet copia et perspicuitate. Quorum legum argumentum, vt vno quasi obtutu perustrari possit, vtramque huc ad verbum transcribam.

*l. 19. C. de usur.*

Scilicet dicta *l. 19.* haec occurrunt: *Acceptam mutuo sortem cum usuris licitis creditoribus post contestationem offeras: at si non suscipiant, consignatam in publico depone, vt cursus legitimarum usurarum inhibeatur: in hoc autem casu publicum intelligi oportet, vel sacratissimas aedes, vel vbi competens iudex super ea re aditus deponi eas disposuerit: Quo subsecuto, etiam periculo debitor liberabitur, et jus pignorum tolletur: cum Seruiana etiam actio manifeste declaret, pignoris inhiberi persecutionem, vel solutis pecuniis, vel si per creditorem steterit, quo minus solvantur. Quod etiam in trajectitiis seruari oportet. Creditori scilicet actione vtili ad exactionem earum, non aduersus debitorem, nisi forte eas receperit, sed contra depositarium, vel ipsas competente pecunias.*

*Edict. El. Sax.  
monet. §. 22.*

Ex edicto *monetali* in Cod. Aug. tom. 2.  
p. 788 obno, spectant huc, quae §. 22. continet:

Was



Was die *Deposita* und bisher gerichtlich eingelegten Gelder betrifft, soll vor allen Dingen darauf gesehen werden, ob der Schuldner zu solcher *Deposition* gnugsame Ursache gehabt, und ob auch hierbey die *Requisita*, die zu einem rechtmäßigen *Deposito* erfordert werden, wann sie den Schuldner *ab interitu rei et cursu usurarum liberiren* sollen, in Acht genommen worden, also daß dem Gläubiger das Geld zu rechter Zeit, an gebührendem Orte, und in verschriebener Münz, vollkörnlich offeriret, nachmals auf ungebührliche Verweigerung der Annehmung, nach fürgehender *Citation ad videndum deponi*, im Beyfeyn des Richters gezählet, versiegelt, und darauf gerichtlich hingelegt worden, welche *Deposito*, weil sie zu Recht *effectum solutionis* hat, liberiret sie den *Deponenten*, unter andern auch billig von dem *damno decrepcentis monetæ*, und giebt ihm *plenam securitatem*, sowohl *respectu* des Gläubigers, als etwann des *terti interuenientis*, und wird sodann nur dahin gesehen, welcher unter diesen beyden *in mora vel culpa* gewesen, daß das ein-

A 2

geleg-

gelegte Geld nicht ausgezahlt worden, und derselbe dahin gewiesen, den Schaden und Abgang an der Münze, *respectiue*, dem andern zu ersetzen, oder über sich gehen zu lassen. Im Gegenfall aber, da der *Debitor* mit der *Deposition* gebühlich nicht verfahren, und also *per culpam omissionis* das Eigenthum des Geldes selbst behalten hätte, würde er gestalteten Sachen nach, die Gefahr in Absetzung der Münze, selbst gelten und ausstehen müssen.

Ordo commen-  
tationis.

Iuuat autem nunc vniuerse sic versari, vt praemissa depositionis notione, explorem ante omnia, quaenam sit ipsius causa, deinde, ejus vim expediam, denique, qui effectus inde profisciantur demonstrem, servaturus pro viribus QVINTILIANI praeceptum: *Nobis prima sit virtus perspicuitas, propria verba, rectus ordo, non in longum dilata conclusio, nihil neque desit neque superfluat.*

Notio.

Intelligitur nimirum per depositionem, qua hic vtor, *actus, quo nomen creditori rite oblatum, temere vero ab eodem recusatum, judicis custodiae a debitore committitur ita, vt ipse liberetur obligatione.*

---

CAPVT

CAPVT PRIMVM.

DE CAUSA IVDICIALIS DEPOSITIONIS.

Ac primum quidem monendum est, depositionem iudicialem, si iusta desit causa, nullam vim habere. En ipsam *legem El. Sax. monet.* §. 22: Was die *Deposita* und bisher gerichtlich eingelegten Gelder betrifft, soll vor allen Dingen darauf gesehen werden, ob der Schuldner zu solcher *Deposition* gnugsame Ursache gehabt. Cernitur autem illa in eo, vt auocetur debitor a soluendo nomine, quamuis ad hoc sit paratus. Iam, impedimento esse et tempus et creditor ipse porest. Illius exempla sunt, si non constet, cui debeat, *l. 9. §. 1. l. 18. §. 1. D. de usur. l. 7. §. 2. D. de minor.* aut tuto pecunia solui nequeat, *l. 28. D. de pact. l. 15. D. de solut. l. 17. §. 3. D. de usur.* De ipso creditore agunt verba *l. 19. C. de usur: si non suscipiant*, nempe creditores sortem cum usuris. Huiusmodi vero tergiuersationi aut legitima causa locum dat, aut secus. Iure si renuat creditor pecuniae

A, causa

posita est in eo, vt impediatur debitor, quin soluat,

aut ob temporis rationem,

aut propter moram creditoris

niae acceptionem, nemo dubitabit, quin nullo euentu depositio suscipiatur. Quapropter non potest non praeter rationem impedire debitorem, quominus faciat officium. Sancit hoc *lex El. Sax. mon.* auf ungebührliche Verweigerung der Annehmung. Injusta quidem erit haec creditoris mora, si promptum sese et paratum praestiterit debitor ad satisfaciendum rite obligationi. Quod fieri offerendo aes alienum pervulgatum est.

eamque inju-  
stam, qualis est,

si oblatum fue-  
rit nomen

Creditori,

Nunc, deferri recte pecuniam creditoribus ipsis adparet ex *l. 19. C. de usur.* et *Digestorum capite*, quod inscribitur *de solutionibus et liberationibus*, ubi multa deprehendas loca, quae huc valent. Et datur quidem debitori optio, quem ex pluribus creditoribus, quorum singuli totum pretium flagitare possunt, correi credendi dicuntur, praeferre hoc in genere ceteris velit. Quorum tamen numero eximendi utique sunt, qui orbatu fuerint facultate rem suam ipsi administrandi, ut furiosi, prodigi, pupilli, minores, nisi plenam aetatem dolose simulauerint, siquidem curatorum ac tutorum, qui iis praesunt, auctoritate opus est, §. 2. *I. quib. alien. lic. l. 5. l. 9. l. 13. D. de auct. et cons. tut. l. 28. D. de pact. l. 14. l. 15. l. 68. D. de solut. l. 7. §. 2. D. de minor. l. 46. §. 5. D. de administ. et peric. tut. Ordin. tutel. Sax. d. d.*

d. d. 10. Oct. a. 1782. c. 24. §. 4. II. et c. 14. §. 1.  
Nec silentio hic praetereundae sunt feminae, ita, vt  
ex juris nostri rationibus vxores debeant ab innu-  
ptis sejungi. Illis enim nomen, nisi quidem perti-  
neat ad bona receptitia, quae vocant, maritis tan-  
tum auctoribus, his vero, nullo curatore adhibito,  
rite offerri, ex iis liquet, quae de cura sexus gene-  
ratim sunt descripta. e) Sed quae hucusque tradidi,  
ea neutiquam cadunt, secundum *Const. El. Sax.*  
*Part. 2. const. 15*, in mulieres mercaturam facien-  
tes, atque in illustri aliquo dignitatis gradu consti-  
tutas, f) cum mariti et curatoris intercessione super-  
fedeant.

Quandoquidem itaque, vt supra posui, cre-  
ditoribus ipsis exhibendum debitum est, inde sequi-  
tur, vt tutum habere receptum hac in re ad alios  
nequeas. Quod etsi est verissimum, concedente ta-  
men ac volente creditore fieri illud posse non attinet  
commemorare. In promptu enim sunt haud paucae,  
quae huc spectant, leges, vel *l. 6. §. 2. D. de con-*  
*dict.*

e) A. F. Schott, *Inst. Jur. Sax. El. priv. lib. I. Sect. 2. c. 8.*  
*§. 35. p. 188. sq. juxta edit. quam nuperrime curavit Ill.*  
*Haubold.*

f) G. Schultzen, *tr. supra laud. c. 2, 15, p. 38.* qui sententiam  
Vitebergae hac de re olim latam simul adfert.

*dict. indeb. l. 39. D. de negot. gest. l. 49. l. 71. §. 2.  
D. de solut. l. 12. C. eod.*

a debitore, et  
quidem

Offert autem aes alienum debitor. Id tamen non hanc vim habet, ut cuiusvis liceat negotium hoc subire; imo, res suas ipse curandi jure praeditus sit necesse est, *l. 29. D. de cond. indeb. l. 14. §. 1. l. 17, 20, 94. D. de solut.* Quo nomine, quae de insanis, prodigis, ceterisque ante dicta sunt, ea huc etiam trahi merito possunt, *l. 9. §. 2. D. de auct. et cons. tut. l. 14. §. 8. D. de solut.* Neque vero ademtam esse debitori optionem, aliorum usurpandi operam, luculenter patet ex *pr. l. quib. mod. toll. obl. l. 39. D. de negot. gest. l. 59. D. de proc. l. 5, l. 17, l. 18 C. de solut.*

Sed nequaquam pender ipse deferendi modus a debitoris arbitrio et libidine, contra, cum praescripto legum congruat necesse est. Primum scilicet fieri ille debet reapse, h. e. ita, ut ad creditorem perferatur pretium ipsum, eique adnumeretur. Iam, ingenue fateor, ex legum sanctione haud satis hoc cognosci. Cui rei ut fides tribuatur, adferre lubet *l. 72. pr. D. de solut. l. 13. §. 8. D. de act. emt. l. 82. D. de cond. et demonst. l. 6. C. de usur. l. 9. C. de solut.* in quibus omnibus sumta est plerumque elocutio:

cutio: *offerre*; quid? quod eandem quoque inuenias in l. 19. C. de *usur.* et *edict. El. Sax. monetali.* Vocem autem hanc valde esse generalem, ideoque etiam posse debitoris animum nonnisi verbis declaratum valere, facile quisque patietur. At, cum opinioni illi omnes adsentiant, quantum scio, iureconsulti, <sup>g)</sup> ego quoque ab ea recedere nolo. Quae quamuis ita sint, sufficit tamen nonnunquam, verbis tantum significasse animi illius sententiam. Atque obtinet hoc praesertim, si fluctuet debitor, quantum sit solvendum, l. 32. D. ad l. *Aquil.* l. 4. C. de *usur. pupil;* id quod tamen sic capiendum est, ut altera debiti pars cum certa sit, dubia vero altera, ad illam haec exceptio nequaquam pertineat. Eodem quoque jure supersedere licet debitori incommodis, quae conjuncta esse cum pecuniae ipsius traditione solent, denegata utique a creditore illius acceptione. Quod ut mihi persuadeam, adducor potissimum POMPONII verbis, l. 39. D. de R. I. *In omnibus causis pro facto accipitur id, in quo per alium morae sit, quominus fiat.* Haec enim lex, quippe vniuersalis, ut testantur verba sub initium obuia: *in omnibus causis*

g) Conf. praeter alios BERG. Oec. Iur. l. 3. tit. 15. th. 5. sub init. CARPZOV. lib. 5. resp. 99. n. 4. et 5. SCHULTZEN, tr. c. 4. 2. p. 50.

fis, huc etiam trahenda videtur. Accedit iureconsultorum auctoritas, qui in eandem ire sententiam haud dubitant <sup>h)</sup>).

b. ita, vt nihil  
dehit,

Integrum porro offerendum est creditori debitum. Et cadit quidem hoc non solum in ipsam sortem mutuam nobis datam, sed impendium etiam ante constitutum simul intelligatur necesse est. Perspicue id continetur *l. 19. C. de usur. : acceptam mutuo sortem cum usuris licitis*, et *ed. El. Sax. mon.* vbi occurrit vox: vollkōmmlich; quibus locis adjiciendae sunt *l. 41. §. 1. D. de usur. l. 122. l. 135. §. 2. D. de V. O. l. 3. D. famil. hercis. l. 9. C. de solut. l. 6. C. de distr. pign.* Incidunt tamen tempora, vbi particulatim etiam recte illud fieri potest. Quod quidem locum habet, pactione hac de re diferte facta, *l. 41. §. 1. D. de usur. l. 2. §. 1. D. de V. O. l. 18. §. 1. D. de acceptil.* Memoranda item hic est causa, *l. 2. §. 4. D. de eo quod cert. loc.* comprehensa, si pluribus nempe locis debeat solutio. Nec omittendae videntur *l. 8. D. si pars haered. pet.* et *l. 21. D. de reb. cred.* ex quarum legum exemplo tunc

h) RICHTER decis. 75. n. 7. CRUSIUS de iure offerendi c. 12. §. 4. sq. I. CH. SCHROETER, diss. de oblatione debiti usurarum initium, non vero earum cursum inceptum impediende (Praes. Hellfeld. habita Ien. 1778.) §. 7.



tunc etiam obtinebit haec exceptio, cum tantummodo pars quaedam nominis certa fuerit atque explorata, de reliquo vero nondum constet. <sup>1)</sup> Vt alia mittam, de quibus agunt *l. 5. §. D. de solut. l. 4. C. de col-lat. fund. patrim. l. 49. §. 1. D. de fidej. l. 85. §. 1. D. de V. O.*

Tempestive etiam peragendum esse, de quo <sup>c. justo tempore,</sup> differitur, negotium, ex *ed. El. Sax. mon.* liquet: zu rechter Zeit. Quicum loco contendas *l. 23. D. de recept. qui arb. l. 39. D. de solut.* Iam vero solutioni aut dies certus praesitutus est, aut fecus. Illud quidem si factum fuerit, standum esse conueno, apertum est. Sin minus, debitoris erit, ex quo appellatus fuerit, nomen dissoluere. Hinc efficitur, vt neglecto temere, quod dixi, tempore, merito possit creditor abnuere debiti acceptionem, *l. 6. D. qui satisd. cog. l. 41. §. 12. D. de fideicommiss. libert. l. 15. D. de ann. legat.* Quaeritur autem, liceatne debitori, priusquam adpetat dies finitus, inuito creditore officio suo fungi? In quo videndum est, virum ille gratis vsurpandam sortem acceperit, aut ita, vt pro eius vsu impendium tribuatur; siquidem priori illa

B 2

inci-

1) PET. MULLER, *diff. de solutione minoris summae in deductionem maioris, vulgo auf Abschlag.* Ien. 1711.

incidente causa, dummodo ne alias aduerferur creditori solutio, res est extra omnem dubitationem posita, l. 137. §. 2. *D. de verb. oblig. l. 70, l. 98. §. 4. D. de solut.* hac, non item; cum multum inde detrimenti capere possit creditor, nisi quidem pendat debitor solidum, quod ad tempus conuentum debeat, foenus <sup>k</sup>).

si legitima moneta,

Nec consentaneum est, monetae ipsius vim et genus posthabere, quasi nihil inter sit, qualecunque pretium reddatur. Leguntur enim in *ed. El. Sax. mon.* haec verba: in verschriebener Münze. Scilicet redeunt hic omnia praecipue ad pacta hac de re diserte inita, ut adparet ex l. 52. *D. de V. O. l. 7. §. 5. D. de pact. l. 1. §. 6. D. depos.* His vero deficientibus, seruanda sunt, quae in *Const. El. Sax. Part. 2. const. 28.* praescribuntur: Da der *Valor* und der *Werth*, und also *bonitas extrinseca* verändert, dadurch die Münz gestei- gert oder fällt, oder ganz abkommer, soll der *Werth*, wie er zur Zeit des *Contracts* gewesen, bezahlet und erleget werden. Wo aber der Schuldner *in mora* gewesen, und der Gläubiger mit der Bezahlung auf bestimmte Zeit nicht inne gehalten,

k) HOMMEL Rhaps. 393.

ten, und es entstände dem Gläubiger hieraus einiger Schade oder Abbruch an der Münze, denselbigen soll ihm der Schuldmann auch ersetzen. Also auch wenn Schrot und Korn, und also *bonitas intrinseca* an der Münz verändert; so soll die Bezahlung in der Münze, die *tempore contractus* ganghaftig gewesen, oder da man die nicht haben kann, nach derselbigen Werth und *Aestimation* geschehen —. Cui loco addere adhuc liceat *Const.* 29. ejusd. part. *Mandat. d. d. 18. Jan. 1763.* quod extat in *Cont. Cod. Aug. tom. 1. p. 1623. Rescr. d. d. 13. Maj. 1786.* Wegen der statt verschriebener Louisd'or von dem Gläubiger anzunehmenden Churfürstl. Sächs. Königl. Preussischen und Herzogl. Braunschweigischen doppelten, ganzen und halben Fünfthalerstücke, oder des gesetzmässigen Wechselcourants nebst Agio<sup>1)</sup>.

Denique loci quoque in offerendo debito habenda est ratio, ita, vt idoneum esse eum oporteat, testibus *ed. El. Sax. mon.:* am gebührenden Orte, *l. 122. pr. D. de V. O. l. 32. D. de usur. l. 39.*

1) HOMMEL Rhaps. 219. III. A. T. G. GREEN, prolusio de aestimatione monetæ diversæ valoris, Lips. 1786.

*l. 39. D. de solut. l. 9. C. de solut.* In quo interno-  
scendum est, an sit ille nominatim destinatus, nec ne.  
Quodsi enim conuentus fuerit, quis est, quin videat,  
non posse non ibidem aes alienum exsolui, *l. 9. D. de  
eo quod cert. loc.: Is, qui certo loco dare promittit,  
nullo alio loco, quam in quo promisit, soluere inuito  
stipulatore potest.* Accidit autem haud raro, vt plura  
loca peragenda solutioni praefinita sint. Hic quae iniri  
via debeat, ostendit HELPFELD *in jurispr. for.*  
*§. 847.: Quodsi pluribus locis solutio est promissa, di-*  
*stinguendum, an loca copulatiue an alternatiue sint de-*  
*terminata. Priori casu, singulis locis pro rata debetur.*  
*Posteriori casu solutio diuidi nequit, sed vel debitor vel*  
*creditor electione loci gaudet, prout in huius vel illius*  
*favorem locus est adjectus. Si non constat, in cujus-*  
*nam favorem electio sit concessa, ante actionem insti-*  
*tutam debitor in loco, quo velit, solutionem recte offert.*  
Sin nihil constitutum sit, vnus creditoris seruandum  
esse domicilium, declarant *l. 21. D. de oper. libert.*  
*l. 6. C. de usur. l. 9. C. de solut.* Minime tamen ne-  
gaverim, ex legitima aliqua ratione aberrari quoque  
posse a formulis modo expositis. Et probant quidem  
hoc *l. 9. D. de seruit. l. 38. D. de rei vind.* cum ni-  
hil penitus intersit creditoris, iusto loco solui, in de-  
bitorem autem plurimum inde redundare possit incom-  
modi. Quaecum causa coniungendum vltro est, si ob  
impe-

impedimenta quaedam haud declinanda loco conuento liberari utique debitor ab obligatione nequeat. *Impossibile enim*, inquit CELSVS *l. 185. D. de R. J. nulla obligatio est.*

Nunc, fieri solet interdum, ut infitietur creditor, oblatam sibi rite esse pecuniam. Res autem in facto positae cum probatione indigeant, eam quoque hoc in genere vitare nequit debitor. Haec itaque demonstratio difficilis sane foret, deficientibus praesidiis ad conuincendum satis idoneis. Inde vero illum haud parum capere detrimenti posse, perspicuum est. Quam ob causam e re erit, in tempore huic prospicere. Auctores igitur sunt nonnulli, ut coram testibus paratum sese praebeat debitor ad soluendum, siquidem, necessitate exigente, commode iis utatur. Neque vero ita id accipere quisquam debet, quasi cautionis hujus neglectio officiat depositioni ipsi, ejusque vim minuat. Nam etsi *l. 19. C. de usur.* occurrit elocutio: *post contestationem*, neque leges desunt aliae, ut *l. 1. de susceptor. praepos. et arcar. l. 2. C. de jure emph. l. 2. C. debitorem vendit. pig. l. 6. C. de usur.* quae testium hic adhibendorum mentionem faciant, jure tamen contendunt, fuisse hoc magis legumlatores, quam praecepisse. <sup>m)</sup>

quae omnia, suadendum est, ut coram testibus peragantur.

m) CARPZ. Resp. 99. n. 21. LAUTERB. diss. memor. §. 10. aliique.



CAPVT SECVNDVM.  
DE IVDICIALIS DEPOSITIONIS INDOLE.

*b, indoles.* Tradita hucusque, quoad pertinet ad hanc quaestionem, nominis deferendi ratione, accedo nunc ad enucleandam ipsam depositionis naturam, ita, vt spectare iuuat tempus, locum, modumque in ea seruandum.

*a, tempus.* Primum itaque, quod ad tempus attinet, quo suscipienda sit depositio, illud quidem in legibus diferte haud finitum est. At ex iis tamen adparet, oblato recte nomine eodemque injuria recusato, adhiberi demum illam posse. Argumento videlicet sunt *l. 19. C. de usur. acceptam mutuo sortem cum usuris licitis post contestationem offeras, at si non suscipiant, — depone, et ed. El. Simon.* nachmals auf ungebührliche Verweigerung der Annahme — hinterlegt worden. Inde vero ejus usus in sola debitoris voluntate positus est. Neque id mirum cuiquam videri debet, cum, procrastinata negligenter depositione ab eo, quod dixi, tempore, per se jacturam ille faciat commodorum, ad quae adspirare solet, statim et quam primum deponendo pretium.

Jam

Jam, deponendam omnino esse pecuniam in <sup>b, locus,</sup> loco aliquo publico, testantur *l. 19. C. de usur. : in publico depone, l. 6. D. de fidej. et mand. l. 56. §. 1. D. mandat. l. 28. §. 1. D. de administ. et pericul. tut.* Quod quidem factum antiquitus est praesertim in aedibus sacris, vti CICERO *de legib. lib. 2. c. 16.* refert, nec non ex allata *l. 19. C. de usur. l. 7. §. 2. D. de min. l. 73. D. de procur. l. 20. §. 1. C. de agric. censit. l. 1. §. 2. C. de comm. serv. manu.* perficitur. Hinc res sic depositae CICERONI *de legib. lib. 2. c. 9.* vocantur: *sacro commendatae*, per quas itaque debent res securitatis ergo in templis servatae, minime vero diis consecratae intelligi. Sed hodie in judicio, quippe loco satis tuto, fieri illud solet. Id quod adcommodatum est ipsi *legi El. S. mon.* vbi reperias verba: und darauf gerichtlich hinterlegt worden. Sunt, qui privatorum curae mandari posse debitum negent, opinantes, hujus generis depositionem nullam prae se ferre auctoritatem. De eo [quamquam minime dubito, putaverim tamen, vbi iudex ista in re debitori cedere nolit, merito etiam apud virum priuatum, adhibitis tabellione ac testibus, perfici posse, de qua sermo est, actionem <sup>h)</sup>].

Sed

<sup>h)</sup> I. ZANGER, de exc. P. 3. c. 2. n. 85. sq.

C

Sed hæc omnia cum nullis magnopere difficultatibus juncta videntur. Quapropter adgrediatur nunc quaestionem illam. haud parvi momenti, quoniam iudicii loco depositio suscipienda sit. Et difficilem eam puto hoc nomine, quod leges, ubi de depositione agitur, hac de re aut obmutescunt penitus, aut maximam partem his circumfusae tenebris sunt, ut quae ipsarum sit sententia, ne coniecti quidem possit. Quod ut pateat, adeas quæsto *legens Et. S. monetalem*, nec quidquam in ea animadvertes, quod de loco negotii illi apto sancitum sit. Nec magis suppetunt ceterae leges in jure civili obviae. Et *l. 19. C. de usur.* haec quidem leguntur: *ubi iudex competentis super ea re aditus deponi eas disposuerit.* Hic enim, quamvis commemoretur *iudex competentis*, in cujus iudicio perficiatur depositio, id ipsum tamen quid sibi velit, minime liquet; siquidem hæc *competentia*, quam vulgo vocant, respectu deponentis pariter atque adversarii cogitari vti que potest. Eodem sero redeunt *l. 81. §. 1. D. de solut. et l. 8. D. de l. commis.* Quae quidem legum ambiguitas, fieri non potest, quin sententiarum discordis in hac quaestione locum faciat. Mitto vero eas hic enumerare, expositurus acutum meam qualemcumque opinionem.

1773 N. A. 3. Paroch. 1773. 1. 8.  
S  
Scili.



Scilicet reputandum ante omnia est, vtrum locus quidam solutioni peragenda debitorum inter et creditorem praefitutus sit, aut secus. Illa quidem incidente causa, pecuniam esse ibidem etiam deponendam, nemo poterit cum aliqua veritatis specie negare. Enimvero, si conuentum tale desideretur, duplicem, opinor, viam ingredi licet. Ac primum quidem suum ipsius domicilium sequi potest nomen, ita, vt penes eum iudicem, cuius subest foro, aes alienum deponat. Quod tamen non nisi tunc recte fiet, cum impetrauerit ante actionis illius veniam, seu, vt vulgo loquuntur, *praeuia imploratione pro decernenda judiciali depositione*, de qua in sequentibus disseram. Ea enim est implorationis huius vis, vt prouocetur creditor ad comparendum in iudicio, ac videndum, quomodo peragatur ipsa depositio. Iam, fieri vniuersae debet prouocatio in foro eius, qui ea vtitur, °) cum hic ipse personam rei sustineat, actori vero adeundum esse iudicem rei, inter omnes constet, *l. 2. C. de iurisd. omn. iudic.* Quo efficitur, vt eo, quem dixi, loco iure possit pecunia deponi. Habet autem haec ratio incommodi aliquid. Nam creditor, si alius iudicis, quam cui debitor, auctoritati fuerit obnoxius, non potest

C 2

non

o) LEYSER sp. 81. med. 3.

non debitoris iudex de perpetranda depositione certio-  
riorem reddere eum, cui subest creditor, ut hic ab  
eo vocetur. Cujus rei causa minime latet, cum a  
iudice tantum competente, quem dicunt, vocatio  
recte suscipiatur, *l. 20. D. de jurisd.* Sic vero com-  
mitti potest facillime, ut depositio ipsa differatur,  
quo nihil est debitori perniciosius. Proinde aliud  
adhuc idemque aliquanto expeditius commendandum  
est praesidium, quod in eo spectatur, ut creditoris  
iudici res statim indicetur, ad eumque debitor con-  
fugiat. <sup>p)</sup> Hujus enim est, id quod nemo ignorat,  
ad creditorem pretium perferre. Quid? si creditor  
pluribus in locis domicilium habeat, quod posse  
omnino contingere adparet ex *l. 5. l. 6. §. 2. l. 27.  
§. 2. D. de municip. l. 11. D. de senator.* Hoc in  
tempore optio danda erit debitori, quoniam se con-  
vertere malit, vbinam aes alienum deponere.

c, modus, re-  
spectu

De modo in depositione ipsa seruando ut  
deinceps agam, ita nunc versabor, ut primum de-  
ponentis ostendam partes, deinde iudicis explorem  
officium, additurus nonnulla de sumptibus in illam  
inpensis.

Prius

p) HOMMEL Rhaps. 140.

Prius nimirum, quam accedere debitori ad <sup>aa, deponentis,</sup> depositionem liceat, relictis omnibus iudex de ea certior fiat necesse est. Idcirco impetrare ab ipso debitorem oportet, ut negotio huic subeundo certum praestituat diem. Hujus vero dilationem cum facile intellectu sit, obesse rei debitoris, proderit valde, precibus illis adjicere, velit iudex quamprimum ejusmodi tempus finire; contra enim si faceret, restituendum ipsi esset, quidquid haec incuria adferre detrimenti posset. <sup>2)</sup> Neque vero satis est, de vadimonio constituendo adhibuisse curam, sed petere quoque nomen a iudice debet, ut communicet suum ipsius consilium cum creditore, quippe qui solemnibus illis intersit. Die dicto, opus est in loco iudicii debitoris praesentia, qui pretium deponendum iudici tradat. Quod autem ita fieri debet, ut ab iis, quorum interest, perspicui satis queat. Inde sequitur,

- q) Formulam aliquam hic fere usurpandam exhibet E. G. SCHMIDIUS, lib. qui inscribitur: *Theoretisch-practischer Commentar über seines Vaters practisches Lehrbuch von gerichtlichen Klagen und Einreden*, 3. Band, §. 773. p. 302, in hunc modum: *Man ersuche zugleich die Gerichte, den gestenen Termin ohne Aufschub anzuberaumen, damit man nicht sonst im unverhofften Verzögerungsfall in die unangenehme Verlegenheit gesetzt würde; wider selbige seinen Regress zu nehmen, als welchen man sich auf den Fall hiermit ausdrücklich vorbehalte.*

quitur, ut minime illud liceat v. c. obfirmatum, clausum, aut alia ejusmodi ratione exhibere, verum potius judici adnumerandum fit. \*) Quo facto, involutum ac debitoris sigillo inpressum in judicio relinquitur, l. 19. C. de usur. vbi legitur: *consignatam in publico deponere*; ed. El. S. mon. in Beyseyen des Richters gezählet, versiegelt, und darauf gerichtlich hinterlegt worden, l. 28. §. 1. D. de administr. et peric. l. 8. D. de leg. commis. l. 1. §. 36. D. depos. l. 6. C. de usur. l. 9. C. de solut. l. 10. C. de pignor. act.

bb, judici,

Ad judicem vero quod attinet, ipsius est, cedere sine mora debitoris precibus ita, ut non solum vadimonium constituat depositionis peragenda gratia, sed creditorem etiam hac de re certiores faciat, eumque ad sistendum sese in judicio compellat. *Citationem ad videndum deponi* vulgo vocant. Quae etsi jure communi necessario haud requiritur, \*) in Saxonia tamen Electorali nequam debet intermitteri; id quod cautum est *lege mon.* nach vorhergehender *Citation ad videndum deponi*. Sunt itaque

\*) MEVIUS P. 2. Dec. 201. CLAPROTH jurisprud. extrajud. §. 134. CARPZ. P. 2. const. 28. def. 16.

\*) TIDEMANN, in diss. memor. §. 13.

itaque, qui omnia temere, quam dixi, vocatione, irritam omnino esse depositionem ipsam iure contendant. t) Quod quidem crediderim ad eam quoque proferendum esse causam, si de creditore ipso haud constet, cum, suadente BERGERO, u) citationem edictalem, quam dicunt, usurpare satius sit. Et habere illam multum sane vilicatis, neque inconsulte esse praescriptam, cuique, finem ejus perpenderit, in oculos incurret. Videtur vero ipse eo duntaxat redire, ut occurratur sedulo, quae committi possint a debitore, fraudibus. Sumas enim, injuria hunc moliri depositionem, vera iustaque detractionis causa a creditore percepta, iudex ei prohibendae operam nauabit. Accedit, quod nihorem pecuniae summam vilioresque monetam, quam quantam qualemue debet atque obrulit ante, coram creditore tradere iudici debitor erubescat. Quod argumenti satis est, multa declinare posse incommoda creditoris ipsius praesentiam. Sed non aliena hic est quaestio, num ea, quam dicitur, vocatio, complecti debeat spatium Saxonicum. Quo quidem tempore adeo non opus videtur, ut breuius potius concedendum sit. Sic enim comparata est tota de depositione disceptatio

t) SCHULTZEN, tr. d. 4, 28. p. 205.

u) BERG. Oec. Jur. lib. 3, tit. 15. lib. 5. not. 1. 2. 3.

ptatio, vt non possit non quam primum ad exitum vsque perducī. Nam vero in *Ord. proc. rec. ad tit. 4. §. 1.* sub finem haec obueniunt: Iedoch bleibt es — sonderlich in geringen oder auch solchen Sachen, welche keinen Verschub leiden, dem Richter keine kürzere Frist von 14, 8, oder auch noch weniger Tagen — anzusetzen unbenommen. Indepatebit, hac etiam in causa recedendum esse a formula alias constituta. Ceterum depositioni ipsi iudex interesse debet, quemadmodum docet *ed. El. S. mon.* im Beyseyn des Richters; de qua periculum conficitur, cuius exemplum aut peculiarem apocham accipere solet deponens <sup>v</sup>).

Summus depofitionis.

Quae vero omnia, cum sine impensa aliqua profligari nequeant, consentaneum erit, quisnam debeat illam subministrare, paucis adhuc ostendere. In quo num recte riteque facta sit depositio, nec ne, videndum est. Et iure quidem legibusque conuenienter si ea vsus fuerit debitor, sumtus omnes in ipsam erogati a creditore suppeditandi sunt. Cujus obligationis ratio ante oculos posita est, siquidem temere

<sup>v</sup>) NETTELBLADT, Versuch einer Anleitung zur ganzen practischen Rechtsgelahrtheit §. 144.

temere acceptionem nominis creditor detrectaverat,  
hoc vero modo injuria litem intenderat. Quare,  
quod sub initium §. I. *I. de poen. tem. litig.* sanc-  
tum est, id huc etiam pertinebit. Longe vero secus  
res se habet, praeter rationem suscepta, aut non rite  
peracta depositione. Hic enim non dubium est,  
quin ipse debitor impendium sustineat.

CAPVT TERTIVM.  
DE EFFECTIBVS IVDICIALIS DEPOSITIONIS.

c. Consecutio-  
nes, qua Restat, vt, quam habeat depositio vim, declaretur.  
In quo spectari iudex aequae ac partes debent.

a. iudicem,

Jam primum, cum iudex hoc in genere depositarii personam sustineat, inde sequitur, vt exsequi vnum idemque debeat officium, cui obligatum esse constat quemlibet depositarium. Quamquam enim largior, actum, in quem hic inquiritur, distare multis modis a contractu depositi, non possum tamen, quin fatear, hac in re omnino illum huic conuenire. His constitutis, proliue erit, quaenam iudicis munia sint, perspicere. Ante omnia videlicet ejus erit, pecuniam a debitore sibi traditam custodire sedulo ac tueri, §. 3. *I. quib. mod. re contr. l. 1. pr. D. depos.* Inde patet, iudicis culpa eam amissam, ab ipso quoque restituendam esse. Neque tamen tribui ei poterit, si res deposita casu perierit, vt incendio; cum sustinere eum debeat dominus i. e. creditor. Sed minime



nime licet iudici vsurpare illam aut contrectare. At si tamen hoc sibi sumserit, quin iure Romano furti crimine se obstringat, quis poterit dubitare? §. 6. *L. de obl. quae ex del. l. 16. D. de cond. furt. l. 54. §. 1. l. 67. D. de furt. l. 3. C. depos.* In Saxonia quidem memoratu digna est *Constr. d. d. 26. Sept. a. 1705.* vom anvertrauten Gute, vbi inter alia haec leguntur: Wenn in Zukunft ein Beamter, Steuer- oder Acciseinnehmer, Caffirer, Schoeffter, Verwalter, Schichtmeister, oder anderer Bergbedienter, wie nicht weniger Bergmann, Voigt, Vorsteher, Gleitsmann, Baumeister, Zöllner, Förster, oder ein jeglicher, so zu einem Amte und gewisser Verrichtung, bey welcher er von Unfert- oder eines Andern wegen, Geld, Korn, Holz, Getreyde, und anders einzunehmen, zu verwahren oder zu administriren hat, verordnet, und deshalb in Pflicht genommen, er habe Nahmen, wie er wolle, von dem ihm Anvertrauten, es sey Geld, oder was anders, etwas unterschlagen, von denen Leuten mehr an Zinnsen, Schulden, Lehenwahr und dergleichen einnehmen, denn er berechnet; in Verkaufen und Kaufen, Verleyhen und

Ausmessen unrechten Scheffel und Maas gebrauchen, Holz, Getreyde und dergleichen verkaufen, und in Rechnung nicht einbringen, oder anderes mehr veruntrauen und solches alles in seinen eigenen Nutzen anwenden, oder verschwenden und durchbringen, oder sonst dergleichen Betrug, es geschehe auf Maafse und Weise, wie es immer wolle, verüben würde u. s. w. *Qua cum lege conferendum est Mand. d. d. 17. Dec. a. 1767.* Dijudicatur vero, de qua agitur, causa, ex legum illarum praescripto nonnisi tunc, si iudex fuerit ad seruandam Constitutionem illam iurejurando adactus, *Mand. all. d. a. 1767. §. 1. <sup>w)</sup>* Alias enim adhiberi solent Romanorum de furto vsus rationes <sup>x)</sup>, ita tamen, vt poena quadrupli non amplius locum habeat, nisi ea constituta sit diserte, vt in *Mand. wegen Versorgung der Armen d. d. 11. Apr. a. 1772. §. 13.* Daferne nun ein auf die Constitution vom anvertrauten Gute verpflichteter Allmosen - Einnehmer von dem

w) C. G. de WINCKLER, Coroll. jur. crimin. 5. p. 5.

x) III. CH. D. ERHARD liber, cui titulus: Lehrbuch des Churfächst. peinl. Rechtes. Leipz. 1789. erst. Theil. §. 363. \*) aliique ibi memorati.

dem erhobenen Allmosen-Gelde etwas angreifen unterschlagen, verthun, oder in seinen Nutzen verwenden würde, so soll wider denselben nach Strenge berührter Constitution verfahren, darneben auch der Armen-Casse vorzüglich zum Ersatz des Veruntrauten verholffen werden. Dahingegen sind obrigkeitliche oder zum Armenwesen sonst gebrauchte, und auf nurgedachte Constitution insbesondere nicht vereidete Personen, wenn sie von dergleichen Allmosen-Geldern, es sey unter was Vorwande es wolle, angreifen und verthun möchten, zum vierfachen Ersatz des sich Angemassten, für diejenigen Armen-Casse, die der Verlust betroffen, durch gehörige Zwangsmittel anzuhalten, und ist übrigens, nach Beschaffenheit des Verbrechens, gegen sie, der Vorschrift der Rechte gemäß, zu verfahren, u. s. w. *Aliud iudicis officium in eo cernitur, ut reddat creditori pretium, neque idem, nisi propter impensas in depositionem factas, ulla de causa retineat. Quo nomine facile erit ad intelligendum, obesse hac in re nequaquam creditori quascunque praescriptiones.* *Si quis*, JUSTINIANVS IMP.

E

l. II.

*l. 11. C. depos. ait, vel pecunias, vel res quasdam per depositionis acceperit titulum: eas volenti ei, qui deposuit, reddere illico modis omnibus compellatur, nullamque compensationem, vel deductionem vel doli exceptionem opponat: quasi et ipse quasdam contra eum, qui deposuit, actiones personales, vel in rem, vel hypothecariam praetendens, §. 30. I. de act. Quid multa? ne ob debitum quidem publicum pretii ejusmodi solutio negari recte poterit <sup>2)</sup>.*

b, partes, et  
quidem

Pergo nunc ad exponendos effectus, qui et debitoris et creditoris ratione a judiciali depositione oriuntur.

2a, debitorem,

Scilicet quod ad debitorem attinet, per vulgatum est, solui eum omni, qua fuerat ante creditori obstrictus, obligatione, et quidem ipso jure, h. e. ita, vt postulari amplius nequeat, *l. 19. C. de usur. ed. El. S. mon. l. 1. §. 36. D. depos. l. 1. C. qui pot. in pig. l. 9. C. de solut.* Inde sequitur, vt iidem sint depositionis hujus effectus, qui attribuuntur solutioni ipsi. Reponunt autem, pugnare cum locis memoratis *l. 38. §. 1. D. de solut. Si debitorem meum jusserim Titio soluere, deinde Titium vetuerim accipere,*

2) LEYSER, sp. 176. med. 1.

pere, et debitor ignorans soluerit: ita eum liberari existimavit, si non ea mente Titius nummos acceperit, ut eos lucraretur. Movent nempe adversarios verba: nummos acceperit, quibus adducti, tradita creditori pecunia liberari demum nomen, opinantur. Speciose quidem, nullo tamen negotio diluendum. Etenim fermo ibi est de solutione creditoris voluntate facta, contra ea, in depositione invito eo et quasi reluctante omnia peraguntur. Quae res facit, ut hic nulla plane ratio haberi possit traditionis. Jam, ex nominis illa, quam supra dixi liberatione multorum oritur emolumentorum praesentis, qui redundare non solum in debitorem solet, sed aliis etiam utilis est interdum. Distinguendum quidem videtur, sitne vnus duntaxat debitor obligatus creditori, an, sponsoribus assumtis, nomina ille fecerit. Ab his enim ut incipiam, prouocare iuvat ad *l. 56. §. 1. D. mand. l. 64. D. de fidej. l. 1. C. qui pot. in pign. l. 9. C. de solut.* quae loca abunde probant, liberos effici vades depositionis ope. Proinde quibus actionibus contra hos utendi alioquin facultas est, eae tunc non possunt non prorsus euanescere. Iustus vero debitoris commodum in eo positum est, ut primum a periculo, cui pretium sit obnoxium, liberetur, *l. 19. C. de usur. etiam periculo debitor liberabitur.* Eodem fere redit *ed. El. S. mon.* und giebt ihm (dem Schuldner) ple-

nam securitatem sowohl respectu des Gläubigers, als etwann des tertii intervenientis, l. 72. *D. de solut.* Quae cum ita sint, haudquaquam ipsi noxia erit monetae diminuta vis; id quod satis indicant verba *ed. El. S. mon: liberiret* sic den Deponentem auch billig von dem damno decrescentis monetae. Accedit, quod interpelletur cursus usurarum, l. 19. *C. de usur: vt cursus legitimarum usurarum inhibeatur; edict. mon:* wenn sie den Schuldner — a cursu usurarum liberiren sollen; l. 41. §. 1. *D. et l. 6. C. de usu.* Denique si nomen de recipienda re chirographo ut pignore securum reddiderit creditorem, vtrumque obligationis genus confestim desinit; l. 19. *C. de usur: jus pignorum tolletur*, l. 20. *C. de pign. et hyp. l. 6. l. 9. C. de usur.* Hinc fit, vt adhiberi ab illo possit adversus creditorem condictio sine causa atque actio pignoratitia directa; quae quidem praesidia valent ad recuperandum chirographum pariter ac pignus, l. 2. *C. de condict. ex leg. l. 3. C. de luit. pign.*

hb, creditorem.

Inuestigandum etiam est, quinam sint quoad creditorem depositionis effectus. Sunt vero ipsi ejusmodi, vt et respondeant iis, quibus debitorem gaudere memoravi, et peculiarem quandam habeant naturam. De illis quidem vt primo differam, omni plane

plane jure deslituitur creditor, quo ante peractionem depositionis utebatur. Inde facile adparebit, haud amplius eum obstrictos sibi habere debitoris praedes, non posse non pecuniae ipsius discrimen sustinere, jacturam facere impendii, chirographum pignusve a debitore acceptum extemplo restituere, verbo, dissolui totum vinculum, quo fuerit olim cum debitore conglutinatus. Sunt vero etiam depositionis consecutiones, ab iis, quarum modo mentionem feci, longe diuersae. Quae quidem generatim in eo continentur, vt flagitare creditor pecuniam a iudice possit, eaque adhibere praesidia, quae ad illam recuperandam profint. In numero quidem eorum habenda primum est actio depositi aduersus depositarium, per quem hic iudex intelligitur. Sed cum a nomine deponatur pecunia, neque vero a creditore, non potest latere, cur illa *utilis* esse debeat. Faciunt huc, quae *l. 19. C. de usur.* leguntur: *creditori actione utili ad exactionem earum — contra depositarium — competente.* Nec omitrendum est, concedi quoque creditori in rem actionem contra quemlibet rei depositae possessorem. Patere hoc videtur ex *l. 19. C. de usur.* vbi haec: *vel contra ipsas competente* (sc. actione creditori) *pecunias.* Iam constat quidem inter omnes, sine rei ipsius traditione dominium ejus a creditore non adquiri, ideoque actionem realem haud-

haudquaquam obtinere. Quoniam vero pretium  
eo deponitur consilio, ut creditoris fiat, dominum  
eum leges fingunt. Quo nomine non directa quidem  
actio potest, sed *utilis* a creditore institui.

---



ium  
num  
dem





Leipzig, Diss., 1706  
X. 2309056


ULB Halle

006 232 329

3







B.I.G.

Farbkarte #13

1796, 6.

E  
C I A L I  
E P O S I T I O N E

L V N T A R I A

D  
L. SAX. MONETALIS D. XXXI. IVL  
MVLGATI §. XXII

N T A T I O

A M  
COLLEGII AVCTORITATE  
CENTIA  
NTIA HONORES ADSPIRANDI

A. MDCCXCVI

Q. CC

N D E T

T O R

F. GERSTAECKER

VIENSIS

RMATVS ET IVR. VTR. BACCALAVREVS

S I A E

A R I C H T E R I A

